Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36539
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

et quid dicam? Pater: salutifica me
ex hac hora. Sed propter hoc ueni in hora
hanc. Pater clarifica tuum nomen. Ve
nit ergo uox de celo. Et clarificaui et
rursum clarificabo. Turba ergo que
stabat et audierat dicebat tonitruum
factum esse. Alii dicebant angelus
ei locutus est. Respondit ihs et dixit
Non propter me uox hec uenit sed
propter uos. Nunc iudicium est mundi:
nunc princeps huius mundi eicietur
foras. Et ego si exaltatus fuero a terra
omnia traham ad me ipsum.
Hoc autem dicebat significans
qua morte esset moriturus. Respon
dit ei turba. Nos audiuimus ex lege
quia xpc manet in eternum. Et quomo
do tu dicis oportet exaltari filium ho
minis? Quis est iste filius homi
nis? Dixit ergo eis ihs. Adhuc modi
cum lumen in uobis est. Ambula
te dum lucem habetis. ut non tene
bre uos comprehendant. Et qui ambu
lat in tenebris nescit quo uadat.
Dum lucem habetis credite in lucem
ut filii lucis sitis. Hec locutus est
ihs et abiit et abscondit se ab
eis. Off. Eripe me de inimicis
meis deus: et a insurgentibus in me
libera me. Doce me facere uoluntatem
tuam quia deus meus es tu. Sec. Hec sacrificia nos qs
ompe ds potenti uirtute mun
datos ad suum faciant puriores
peruenire principium. Pf. co. Erubescant
et reuereantur simul qui gaudent malis meis
induantur pudore et reuerentia qui
maligna loquuntur aduersum
me. co. Prebeant nobis dne
diuinum tua sca feruorem quo eo
pariter et actu delectem et fructu. Pf.
Adiuua nos ds salutaris nr. s. p.
et ad beneficia recolenda quib nos
instauratare dignat es tribue ueni
re gaudentes. Pf. feria. ii.
Nos autem gloriari oportet in
cruce domini nostri ihu xpi. in
quo est salus uita et resurrectio
nostra per quem saluati et liberati
sumus. Misereatur nostri ob.
Omnipotens semper deus da nobis qs.
ita dominice passionis sacramen
ta pagere ut indulgentiam p
cipere mereamur. Pf. Jeremie. p.
In diebus illis. Dixit ieremyas. Dne
demonstrasti mihi et cognoui. tu os
tendisti mihi studia eorum et ego quasi
agnus mansuetus qui portatur
ad uictimam. Et non cognoui qa
cogitauerunt super me consilia dicen
tes. Venite mittamus lignum in
panem eius et eradamus eum de
terra uiuentium. et nomen eius non
memoretur amplius. Tu autem dne
sabaoth qui iudicas iuste et pro
bas renes et corda. uidea ultionem
tuam ex eis. Tibi enim reuelaui
causam meam dne ds meus.